



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Qua Scenopegia?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

VERSUS 1.

Post hac ambulabat Iesus in Galilaeam, non enim volebat in Iudaeam ambulare, quia querebant eum Iudaei interficere.

QUESTIO I.

Quomodo cum precedentibus ista cohaereant?

§.1. Scenopegia festum à medio septembri celebrabatur, vitæ eius insidiebantur à festo Paschæ, vel pentecostes, ut alij volunt, irritati sanatione paralytici, quem 38. annos morbus afflixerat. Itaque aliquot mensium res gestas Iohannes omittit, cetera quædam, delibare contentus, quibus eius divinitatem ostenderet. Non enim continuam contexit vitæ illius historiam, sed quæ Spiritu sancto suggerente, Ecclesie mandare scriptis oportuit. Multi interpretes seriem ad cap. 6. versus quartum referunt; disputationem enim cum Capharnaitis quasi per parenthesis interiectam arbitrantur. Alij longius parenthesis extendunt, ad v. 18. c. 5. Aut legendum est, aut intelligendum, noluisse Christum in Iudæa ambulare seu versari, hoc enim Græcum verbum περιπατεῖν, & tota constructio, sicut & Syra interpretatio conuincit. Hæc igitur in Galilæa sunt gesta, ubi quamuis Evangelio multi obfisterent, ardentem tamen & liberè veritatem populi pars amplectebatur.

QUESTIO II.

Cur noluit in Iudæa versari?

§.1. Crtyostomus questionem proponit hisce verbis: τί λέγει ὁ μιλάων ἰωάννην, ἐν ᾧ ἔχει εἰρησάν, ὁ δουλεύς τῆς βίβλου ἡδὲ λέγει: Quid ais dicit Iohannes, non habuit potestatem, qui omnia, quæ voluit, potest? Ipsum quoque textum ita citat: ἡ γὰρ ἔχει εἰρησάν ἐν τῇ βιβλίᾳ ἀπειπᾶσθαι. Non enim habebat potestatem versari in Iudæa. Forte legit pro ἐν ἡδὲ λέγει, non voluit, ἐν ἡδὲ λέγει, non potuit. Quamuis dicere malim eum verba, quæ citat, legisse, nec illud, οὐκ ἠδύνατο, non potuit, periphrasi exposuisse. οὐκ ἔχει εἰρησάν, non habuit potestatem. Sensus idem tamen dici debet. Nam βούλεσθαι, actionum ritu pro βουδᾶ inter dum vsurpant. Sunt autem ut monet Gregorius Nazianzenus quædam ἀδύνατα impossibilia, non quia fieri non possunt, sed quia sunt ἀβουλήτα, quia non vult, qui facere poterat. Quomodo exponenda omnia sunt, quæ Deus facere posse negatur, quando non implicat contradictionem. Quin & nunc ea quæ negare solemus, non posse fieri respondemus.

§.2. Causa Iudææ vitandæ erat, quod Iudæi illum constituerant interficere. Specie Zelæ, & pietatis futurus irascebantur Sacerdotes & Pharisæi, quo eorum commodis potissimum obstat videretur, vitij in publicum manifestandis: populum ergo Ierosolymis viciniorem concitabant, in Galilæa minus poterant. Prudenter itaque odia & inuidiam absentia declinavit, ne quaquam tamè officium deseruit, poterat potentia periculum discutere, sed cum homo esset, & ad passionem veniret, nobis cautionem in aduersis commendare maluit, te temerè nos persequentibus ingeramus. Temeritas n. inconsiderata, ruinæ proxima est. Itaque Chrysof. & Leontius contra Marcionitas hanc causam reddunt. Athanasius ex eo etiam docet non prohibita esse in persecutione fugam. Imo crebro necessaria est fuga, dum ira vel morâ, vel cessione eius, cuius presentia exasperabat, paululum hostis mitigatur, & molestat: nos certè cum impares sumus, fugere solemus, & notum est illud Homericum de charibdi:

ἔδὲ πῖς ἐς ἀλλήν, Φυράειν κούρῳσιν ἀπ' αὐτῆς. Nec vltum robur est, quod resistat, optimum est ab eâ fugere. Fortitudo Domino non deerat, sed docere nos voluit, inimico non semper viribus resistendum, sed cedendum esse aliquando.

VERSUS 2.

Erat autem in proximo dies festus Iudæorum scenopegia.

QUESTIO I.

Qua scenopegia?

§.1. De magno illo, & lætissimo festo agitur Leuitici 23. 2. quo loco carimonia explicatur. In tabernaculis habitabant in memoriâ quadraginta annorū, quibus habitabant in deserto. Plurali numero vocari possent τὰ σκηνώματα, sed Iohannes numero vtrius singulari, ἡ σκηνωπηγία. Syrus nominat; סכנות דאמאללע די יהודאיע. Scena, seu tentoria, & festus Iudæorum. Vbi Fabricius vertit: Conopea, marginalis nota Hebraicè interpretatur סוכות Succoth, h. e. tabernacula. Sicut & Syram dictione סוכות gbadghidha, explicat Hebraicè voce סוכות, q. festum significat. Legè Christus seruabat; nã eo tempore comparere Ierosolymis oportebat, simul etiã in tantâ frequentia docèdi occasionem, & miracula illustria faciendi captabat.

VERSUS 3. & 4.

Dixerunt autem ad eum fratres eius. Transi hinc, & vade in Iudæam, ut & discipuli tui videant opera tua, quæ tu facis. Nemo quippe, &c.

QUESTIO I.

Quodnam fratrum eius consilium?

§.1. De fratribus Domini iam alias sæpe dictū est: Non fuere ἑμὸν ἀδελφῶν scilicet Iosephi filij, licet Cyrillus, Leontius, Euthymius id opinentur. Nec enim ille ante deiparam virginem habuit uxorem, nec Fratres discipuli duxit. Sed more Iudæorum omnes consanguinei cunctur cognati appellatur. Inter eos non fuerunt Iacobus & gnati. Iudas, qui fratres Domini appellatur, Gal. 1. 19. Apollolienim iam fidè receperat, fratres qui hic iter Ierosolymitanum urgent, non credebant in eum. Syrus loco pronomini habet, Ἰησοῦ, solent enim pro relatiuo ponere antecedens. Quod est in Græcè & Latino. Ut & videant. Syrus omittit particulam ἕ, quæ ad emphasin tamen haut parum valet.

§.2. Fratrum, quo Christum, ut ad diem festum ascendat, hortantur, non exiguus est, nec simplex error; Nam iure cognationis nimium sibi licentiæ assumunt; Fratrum Monet S. Chrysofomus ἀκαρῶν ἐστὶ παρρησίαν, inuicem error. pestiuam alloquendi libertatem, ἢ ἀπὸ συγγένειας ἢ παρρησία: ἢ ἐξ ἐξουσίας. Et ob cognationem eos libè disputare. Cognati enim aut fere imperant, aut inuidant, in eos qui videntur inferiores asperi, in superiores inuidi.

Τὸ συγγένες πᾶσι φθόνον. Cognatio parit inuidiam, & solet inuidia altiora petere. Atq; hæc de infidelibus, & impijs ut plurimum vera sunt: Christiani, quibus singularim posita est lex caritatis, consanguinitate ad amorem accenduntur. Fratrum autem Domini arrogans factū est: nam quamuis multa eius miracula vidissent, consilium tamè velut prudentiores imprudenti obrudunt. Nihil hoc stolidius esse potuit factū, cum enim tantâ prudentia, potentiaque omnia eum administrare animaduertent, & tam illustria in eo diuinitatis signa fulgere, suam